

C 8
3615



DIOGENIS CYNICI SECTA PER
 Bartholomeum Coloniensem.
 INSIGNIA DIOGENIS CYNICI.
 BREVIORES EPISTOLE DIOGENIS
 CRATETIS PHILOSOPHI CYNICI
 epistolæ

*Diogenes
 in aliquo
 cucullus
 deditur
 insignia
 soler*

*Bartholomeus
 Coloniensem
 Epistolæ
 Cratetis
 Philosophi
 Cynici*



*si promissa fa-
 cit sapientem
 barba, qd oblat
 Barbarus
 postis qui capite
 esse Plato.*

Pallia non Cynicum faciunt: atque cuculli:
 Non baculus curvus: pera nec ipsa facit.
 At animus recti semper seruator: & æqui:
 Et qui fortunæ spernere dona potest.

Costas 9 8

*g. H. gem.
 (Vergl. g. H. 12. 2272.)*



Completo Diogenes dicitur iomus genit & p[ro]p[ri]o
 fuit unoxq[ue] p[ro]p[ri]o unox raptu[rum] hinc in suis
 sequant[ur] dicit q[uod] unox r[ati]o q[uod] homines malos
 & vna illor[um] mordet & reprehendebat his r[ati]o
 feminis p[ro]uebat que emissa v[er]o senada q[uod] una
 p[ro]p[ri]a na p[ro]bat ut sepe dicitur v[er]o senan
 domi mea inuenit apud que coferunt & dignitas
 exis an p[ro]p[ri]o honorare na subhaberes senaster
 tpe quid hoc es sed na sane Diogenes gla nullis
 obsoletis sedulis na vna gloria inuolates illustri
 p[ro]p[ri]a sunt p[ro]p[ri]o vna gloria p[ro]p[ri]o est



1943K 5215



SECTA DIOGENIS CYNICI

Philosophi.

Quisquis auct Cynicæ p̄cepta capescere sectæ:

Et fieri Cynicus nomine: req; simul.

Respuat argentū: nec non & Perfidios aurum:

Et gemmas rubri purpureas pelagi.

Hinc fastū mentis: & pompam gloriæ inanis

Ventosam: ventrisq; ingluuiem abiiciat.

Cōtegat hic hūeros: scapulasq; & terga: natesq;

Et latera: & pectus palliolo duplici.

Huic plantas crepidæ firment: sed crura minutis

Interspersa pilis tegmina nulla tegant.

Huic humerum dextrū panaria para fatiget:

Ast humerū læuum magna lagæna grauet.

Et baculū in manib⁹ gestet: quo læguida mēbra

Sustineat: rabidos quo ue canes feriat:

Nutriet hirsutā barbam ad pubē vsq; fluentem

Quā raro expediet pectine multifido.

Huic cibus aptus erit lactucula: brassica: bæta:

Panis: pisa: faba: lens: holus omnigenum.

Huic largus haust⁹ liquidissima lymphæ ppinct:

Arentes faucis torridaq; ora rigans.

Concaua pro cyatho sit dextera proq; catino

Sit panis gremio concauus in medio.

Hic stimulante fame locupletū ad limina tēdat:

Et frustum panis ore tremente petat.

Non tamen accipiat panē: quem diues iniquus

Obtulerit: sed quem frugi homines dederint

*Ratione
pallij dup
luc radd
Diogenes m
apylolo
Pera yua
lanna fang*

*Salsa ap
quosda
opinio em
dutos q
m plaris
rinn rone*

*Quibus
Duo
regenda
indaret
fines*

Hic castam vitam ducat: moresq; pudicos
Diligat: & veneris respuat illecebras.
Non ancillā habeat: non seruū: sed sibi: si vult:
Imperet ut dominus: pareat ut famulus.
Huic dent hospitium vinaria uasa: proscucae
Aut quercus gremio mortua putricae
Quom primū cois roseus sol surgit ab vndis
Ex oculis somnum molliculum excutiat
Alterno studio virtutes discat & artes:
Postea quas dociles discipulos doceat.
Non cæcas rerum causas inquirere tentet:
Quæ longe ingenium transuolitant hominis
Quom radios solis spectat demersus horizon
Antipodum: duro dormiat in cilice
Hic niueas statuas nudatis ambiat vlnis:
Quom terram niuibus conspuit Aegoceros.
Sed rabidos æstus: quos sol: leo: syrius efflant:
Intrepidus nudo uertice suscipiat.
Si quis cum palmis pulsauerit: aut truculentis
Contuderit pugnis sustineat patiens.
Huic yngat guttus languentia membra labore:
Tollat & immundum strigilis aspra situm.
In solium non descendat: nec balnea qua rat:
Squalida in vluosa membra palude lauet.
Hic si quo tendet cilices: salebrasq; viarum
Nuda is pedibus proterat intrepidus.
Hospitio exceptus panem: nasturcia: lympham
Fonticuli accipiat: sed requiescat humi.

Carpere non cellet vitium: licet in caput eius
Coniurent reges cum stolido populo.
Virtutē pulchrā cum sanctis moribus ornet
Laudibus immēsis: & super astra ferat.
Hanc rigidā formā uictus: habitusq; relaxet
Nulla operosa dies: nullaq; festa dies.
Discipulis chlamidē cum p̄ra det moriturus:
Si sit discipulus vnus & alter ei.
Iuxta se baculū ponendum curet eodem
In tumulo: gelida quo sua membra cubent.
Ut quæ se offensum ueniunt animalia duris
Verbetibus cædat: & procul a se abigat.

Τελος

PALLIVM DIOGENICVM LOQUITVR

Quondā ego si recte memini velamia amœna
Lanigeris gregibus sponte mea tribui.
Nūc ego prohi supi scapulas: & brachia: & artus
Et elunes cynici contego Diogenis.

PERA DIOGENICA LOQVITVR.

O Cynice ex gremio tibi holuscula lata capaci
Promo: quom Phryxi uellera sole tepent.
Et cū præcocibus malis liuentia pruna
Do: quom sol cancrū percoquit igne graui.
Hinc tibi do patulis decerptas uitibus uuas:
Quom titan uehitur lancibus in trutinæ

A iii

Sed tu pane tabas. iente. rapum tibi dono:
Euomit hybernas quom Capricornus aquas
Tu uero ingratus: quo non ingrator alter:
Quom mala pro meritis reddis acerba meis
Nā graue olenti anima q̄ podex spirat & aluus
Me miserā excrucias nocte dieq; simul.

BACVLVS DIOGENICVS LOQVITVR
Substinuit quondā me glandifera arbor: olympi
Sidera quæ petiit frondibus umbriferis
Nūc ego Diogenē: quē obscœna aīalia: & atri
Obmordent pulices substineo assidue.
CREPIDE DIOGENICE LOQVNTVR
Cornigeri tauri quondā uelauimus artus:
Nunc plantas olidi proū tegimus cynici.

DOLIUM DIOGENICUM LOQVITVR
Quondā hominū dulces potus: nectarq; deorū
Mellifluum in medio continui gremio.
Nunc Cynicū turpem: quo nō est turpior alter
Sub cœlo astrigero: hei mihi contineo.

BARBA DIOGENICA LOQVITVR
Mallem ego (sic me dii bene amēt) sordētia mēta
Barbigeri pecoris deflua contegere.
Squalida Diogenis quā ora exhalātia odorem
Lattine extremæ: aut sordiduli scaphii,
Talos.

Breuiiores epistolae Diogenis
Diogenes Crateni. S. D.

Vdio q̄ iniquo aīo feras q̄ Atheniēses ebrūi me ver-
berarūt: & grauib⁹ cōtumeliis affici sapiam cōque-
reris. Certo tamē scias uelim Diogenis corpus ab ebris
uerberib⁹ affectū. Virtutē uero mīme. Quippe que neq;
honestari possit a prauis neq; uitupari. Diogenes igitur
nullam accepit iniuriā: sed Atheniensis popul⁹. Ex quo
nōnulli uirtutem cōtēnere uidentur. Itaq; ppter unius
amentiā publice insipientes pereunt: cū quæ nulli oīno
v̄ sui sunt consulāt: & exercitiū parent ubi quiete uiuere
oporteret. Qd̄ si a principio suam cohibuissent: stulti-
ciam: nunq̄ in hmōi mala incidissent,

Dio. Megasteni.

Uta quē Pere n̄re oneri erant abieciimus Thebano
Megastenes catinū uidelic; & poculū: cū alterius
loco pane: in quo concauū est: alterius māu uti me pos-
se intelligā. Neq; me pudet huius doctrine auctore quā-
uis puerū ostēdere. Non enim decet utile ad libertatem
assequendā inuentū contēnere sed complecti.

Dio. Megasteni.

Etii abste domū & mihi grām habuisti. Deinde eū
cocleas considerarē: inueni mihi domū uentorū
remediū: doliū uidelicet in metroo. Ab hac igitur cura
me absolui. Quare gratulare nobis naturæ inuentorib⁹

*Sapientiam famam
famae uirtutis
uirtutis uirtutis*

*2/ pondus uas uirtutis
2/ id est uirtutis*

*Diogenes
uirtutis uirtutis
uirtutis uirtutis
uirtutis uirtutis*

Dio. Phanomaco.

Deo mihi vita incerta est: ut dum hanc ad te epistolam scribam me uicturum dubitem. Feci autem ea dignum monumentum. Diuina. n. q̄ humana maiora sunt. At unum nobis duntaxat certissimum est corruptio post generationem. Quod cum mihi dubium minime sit: inanes corporis nostri spes & breui euolutes abiiciendas: ne ue supra hominem sapias admoneo:

Dio. ad Aristyppum

Ignificas mihi Macedonum regem uidendi nostri desiderio tene ri; bene autem fecisti: q̄ illi Macedonas preposueris. Nosti n. nos nullius imperio parituros. Videre autem meum animum: & me tanquam hospitem accipere nemo uelit. Quod si Alexander & uitam & uite nostre rationes cognoscere cupit: ei in memoriam reducas: tantum Athenas a Macedonia; quantum Macedonia Athenis abesse.

Dio. Menemo.

Ogarunt me Megareses adulescentuli ut tibi Menodorum phum commendarem: ridiculam sane commendationem. Nam q̄ homo sit: ipsa hominis effigie: q̄ philosophus: uita & moribus cognosces. Qui enim bonus est per seipsum commendatur.

Dio. Menodoro.

Ornicus Larisseus auditor noster Argos clarum
equis oppidū uidere cupit. Qui abste non multa
cum phūs sis postulabit.

Dio Olympiadi:

Eprehendis vitā nostrā tanq̄ laboriosam & prop/
ter eius asperitatem omnib⁹ odiosam. Ego autem
sponte mea eam cōplector: ut qui icūq; me imitātur non
omnino uoluptatibus dediti uideantur.

Dio. Timomacho

ythagoras Euphoribū Pāthi filiū se fuisse dicebat
Ego autem cum essem iuuenis: me Agamenonē
fuisse memini. Scep̄trū nāq; meū baculus est: & sagum
duplex palliū. Sacculus uero ob pellis imitationem cli/
peus. Quod si comā non nutrio iuuenis tūc eram Aga/
mēnon: nunc senex caluus factus sum. Hmōi merito &
sentiri & dici possunt ad eū qui se sapientē profitetur.

Dio. Phanomaco.

Edebam in theatro & libellos glutino resarciebā,
Venit Alexander Philippi: mihiq; tantū eregione
appropinquauit: ut soli se opponeret. Ego cum pa piri
scissuras uisu nō amplius assequerer: sublati oculis pre/
sentem agnouit. Tum ille porrecta dextera me nomine
appellauit. Ego cōtra uere inq̄ insuperabilis es adolefēs
sum parem diis habes potestātē. Ecce n. quod dicūq;

solem lune obiectu laborare. Idē & tu tuo obiectu effe-
cisti. Tum Alexander iocaris inquit Diogenes? Quid
iocer inq̄? nōne uides me inceptā operā tua causa inte-
mittere? cum non clarius q̄ noctu intuear: & cum mihi
prester mihi i presentia disputare cōpellor. Nihil inquit
prestat tibi Alexander? ne minimū quidem inq̄. Nullū
in rebus meis bellū indicit: nihil mihi eripit. Quemad-
modū Macedonū Lacedemoniorūq; & aliorū quorun-
dā opes. In quibus singulis rege opus est. Propter pau-
pertatē inquit prestat. Quā inq̄ paupertatē? Tuā inquit
cum adeo mendicus sis: ut omniū ferme indigeas. Ad
hec ego. Non est Alexander paupertas carere pecuniis:
neq; malū est mendicare: sed om̄ia cupiditate cōplecti:
& uim inferre: quēadmodū uos. Propterea meæ paup-
ratis fontes terra: spelunce pelles satisfaciunt: quorum
gratia nemo cum terra aut mari bellum gerit. Sed scito
nos ut geniti sumus ita uiuere. Vestræ autē sortis homi-
nib⁹ neq; terra sufficit: neq; mare. sed his relictis in cœ-
lum contenditis: neq; Homero creditis: qui ad nostram
emendationē ne horū cupiditate moueremur: diuerso-
rum generū supplicia describit. Hec ego cum rationib⁹
confirmarem: plurimo robore perfusus Alexander ad-
quendam ex sociis conuersus. Nisi essem inquit Alex-
ander Diogenes esse uellem. Inde me plurimū hortatus
ut secum militarem uix a me dimissus abiit.

Diogenes Crateti.

Vdiui te vniuersum patrimonium tuum in fiscum contulisse: & in medium clara voce predicasse Crates Cratetis filius Cratetem liberum fecit: & hoc dono vniuersam civitatem delectari: nosque admirari talium virorum artifices: & hac gratia voluisse nos Athenis ad se accersere: nisi tu sententiae nostrae haud ignarus dissuasisses: laudo animum tuum: & te res tuas in publicum contulisse maiorem in modum letor. Quippe qui otius expectatione melior quam opinarer euaseris. Verum tu quamprimum ad nos redeas uelim. Adhuc enim opus est ut in aliis exercearis. Siquidem minime tutum est ut illic moram trahas: ubi tui similes non iuenias.

Dio. Crateti.

T ad statuas que in foro sunt accede: & panem pete. Hæc enim cura quodammodo bona est. Iuuenes .n. homines qui minus quam statue sentiant: & spadonibus potius & scurris quam tibi quicquam largiantur. Noli admirari quisque proximorum sibi & non quod longe abste ueneratur. Proximi autem sunt & quod multitudini placet spadones potius quam philosophi.

Dio. Crateti.

Uti cum breuem & facilem uiam quam duci ad felicitatem esse audiunt: uolunt quemadmodum & nos philosophari. Cum uero ad eam ueniunt et eius intuatur difficultatem: tanquam fessi desistunt. Inde non suam mollitiem: sed torporem nostrum accusant. Verum tu sine eos dormire in suis uoluptatibus: in

quibus non eo labore viuunt : in quo nos esse dicunt ;
Sed longo grauiori. Cuius gratia omni tempore turpif-
sime seruiunt. Tu uero perseuera ut cepisti : & resiste pa-
riter uoluptati : & annitere labori. Vtrū enim nobis cer-
tare solet : & imprimis esse nobis impedimento. Illa qui-
dem q̄ ad turpia nos allicit. Hic q̄ metu nos a uirtute
abducit. Dio. Eugnesio.

Eni Megaris Corinthū. Vbi in forū profectus ad
puerorū ludum constiti. Qui cum non recte uer-
sus canerent : sciscitanti mihi quis nam ipsorū esset pre-
ceptor : responderūt. Dyonisiū Sycilie tyrannū. Quos
cum me irridere : neq; uerū dicere arbitrarer : ludum in-
gressus sedato animo sedi illum expectans. Qui in forū
eū profectū dicebant : non multo post rediit. Tum ego
assurgens his cum uerbis cōpello : q̄ non bene Dyonisi-
doces. Ipse uero me misericordia motum existimās ab
amissam tyrannidē & fortunæ mutationem : hoc inquit
pacto Diogenes humane se res habent. Verū tu perhu-
mane facis : cum nostre misereris calamitatis. Cui ego
uerum aperui. Non q̄ tyrannidem inquam amiseris :
siccirco doleo Dyonisi. Sed qd̄ libere in græcia uersaris :
quodq; a Siculis calamitatibus liberatus es : quibus te
absumi oportuit : cum terra mariq; mala commiseris.

Diogenes Platoni philosopho.

Bominaris pallium meū & peram tanq̄ mihi mo/
lesta & grauia: & uite nihil penitus cōferentia. Nō
recte facis: tibi namq; molesta sunt & grauia. Quippe q̄
in tyrannorū cōuiuuis immodice saturari & pecorū ven
tre: non animi uirtute ornari didicisti. Ego autē ex quo
uirtutē amplexus sum maius quidam q̄ contra uolupta
tem tollerantiā etiam cum liceat premeferendū mihi p/
suasi. Siquidē p̄ceteris hominibus me uite utilitatē af/
ferre arbitror non tam ex his quibus utor: q̄ quib⁹ talis
appareo. Quis enim contra tam tenuem & paucis con
tentū hominē hostili animo pugnare aggredetur? Cō
tra quos aut huiusmōi delectant̄ impetū facerent? Nōne
contra regem aut populum? Ex his igitur hec sequūtur.
Omni penitus malicia anima purgatur. Inanem cōtem
nit gloriā. Immodicas respuit cupiditates: uera dicere
& ab omni abstinere mēdati o didicit. Quod si tibi hec
non psuadent: dede te uoluptati: & nos tanq̄ parum sa/
pientes irrideas.

Dio. Hypparchiæ.

Electōr desiderio tuo. q̄ mulier phiam expetas: &
nostrā cōplexa sis opinionem. Cuius austeritate
etiam uiri perterrentur. Verū ut principii tui opratū finē
cōsequaris contēde. Quē consequeris icio si a Cratete

B

viro persapiente & nobis philosophie auctorib⁹ nō dis/
cesseris. Crebras aut nobis litteras dato. Multā nāq; epi/
stole neq; minorē uim habēt q̄ p̄sens disputatio.

Dio. Epimenidi.

Diogenes Epimenidi preclarorū omniū ob uirtu/
tem tolerantia dicit. Audio te domi neutri & cor/
poris cultui indulgentē desiderē; & tamen uirtutem pol/
liceri. Quod mihi minime admiratione dignū uidetur:
Bonum nāq; esse secundū Simonidem difficile est: pol/
liceri autem perfacile.

FINIS.

CRATIS PHILOSOPHI CYNICI EPIS/
tolæ Elegantissimæ Interprete Atanasio
Constātinopolitano Ar/
chiense abbate ⁊

Crates sociis felicitatem:

Vgite non solum fines malorū iniusticiā: & intem/
perantiam: sed etiam uoluptates eorum fomenta:
his nāq; dūtaxat p̄sentib⁹ & speratis: nec alteri rei in/
cumbetis. Sequamini non modo fines bonorū tempe/
rantia: & tolerantia verū etiā qui ad eos nos inducūt la/
bores: Et ob eorū asperitatē nolite illos fugere nō enī

in his minimū discrimē est sed quemadmodū ære quis/
piam aurū cōmutaret sic laborib⁹ uirtutē acquiretis.

Crates sociis fœlicitatem.

Cynica philosophia hæc est: quam Diogenes certe
secutus est. Eius labores canis ipse assidue aūt phi
losophari cynicæ uiuere itaq; nō timete nomen neq; ob
eam rem tribonem & pæram fugite arma deorum quæ
statim cum his qui bonis moribus præditi sunt coniu
guntur. Vt enim si quis cum bonis sit malus diceretur
ægre non ferret ita & assidue philosophari cynice uiuere
dicitur: & qui hoc pacto philosophatur canis appellat.
Et ea philosophia cynica huic operam dare an gloria sit
an ignominia totum id opinio est & quod omniū mo
lestissimum est: cum hæc nomina ut umbra quedam ut
aiūt habeātur conamini igitur hæc & alia generis eiusdē
paruifacere.

Crates sociis fœlicitatem:

Philosophamini potius q̄ respirate. Eligēdum est
potius bene uiuere quod philosophia facit q̄ uiue
re qd̄ ipsa respiratio: & non ceteri sed ut Antisthenes in
cepit & Diogenes perfecit. At si hoc modo philosophari
difficile est: celerius tamē ad fœlicitatē perducit. Et quē
admodū Diogenes dicebat etiā per ignē transeūdū est.

B ii



Crates Sociis foelicitatem.

Onū est lex: sed non melius philosophia. Hęc enī cogit iniuriam non facere illa aut docet. Sed quam arbitriū preualet necessitudini tantū & legi philosophia. Itaq; potius eam ob rem philosophamini quam R. P. hoc est legibus uacate. Præclarius est enim id scire quo iuste homines docentur uiuere quā id quo uigentur iniuriam non facere. Sit uobis cura animi: corporis autē quantum necessitas postulat: fortunarū uero nec quantum foelicitatis: namq; uoluptas non est propter quam fortunæ nobis necesse sunt: sed uirtus quæ sine illis perfecta est.

Crates sociis foelicitatem.

On ab omnibus quæ uobis necessaria sunt que rite neq; ea quæ cuncti dant uobis accipite. Non enim æquum esse existimo uirtutem uitio nutriri. Sed ab his dūtaxat quærite qui philosophiam meminerint: a quibus licebit uobis sua & nō aliena petere.

Crates sociis foelicitatem.

Xercete paucis indigere: hoc enī prope deos accedit. Sed qđ oppositū est lōgissime ab diis immortalibus abducit. Licet ergo uobis qui inter deos & animalia bruta medii facti estis diis poti⁹ immortalib⁹ uirtute q̄ animalibus brutis uitio similes effici.

Crates sociis foelicitatem.

Edici unam ventris dispositionē esse scripserunt
quā cruditatē cibi dicebant. Diogenes alterā quā
famem appellabat. In prima pharmacum a medicis pe-
tere turpe est sed non in altera: qua propter paruifacite
eos qui huiusmodi turpia & obscena uerba proferūt: &
æque bucellā atq; cætera omnia quærite: non enī turpe
est petere: sed indignū se his quæ dantur prebere. At tu-
pius certe propter cruditatem cibi quā propter famem
remedia quærere: cum hæc gule & uitio ipsa aut egestati
& inopie comparetur.

Crates adolescentibus foelicitatem.

Suescite aqua frigida lauari & aquā bibere & non
sine sudore comedere: & tribōe indui: & super hu-
mum iacere & nunquam uobis balnea claudentur neq;
vermes uobis neq; oues fructum afferent: neq; caupo-
nes aut publici hospites dirabuntur: quemadmodū his
qui calidis aquis lauari: uinum bibere sine labore come-
dere: purpura indui: super cubile quiescere consueuerūt

Crates Adolescentibus foelicitatem

Suescite panem edere & aquā bibere: pisces autē
& uinum nullo pacto gustare. Hæc enim senes fe-
roces quemadmodum Circen pharmaca iuuenes effe-
minatos reddunt.

Crates adolescentibus felicitatem.

Siue eligendus est labor: siue fugiendus: laborate
næ laboretis. Nam qui labores effugiunt: non possunt
fugere næ laborent. Propter enim labores fugantur la/
bores: & propter quietem sequuntur:

Crates Patrocli felicitatem.

Non dicas uelim Vlyxem authorē cynicæ phiæ esse:
qui omniū sociorū mollissimus fuit: & uoluptatē
præ oībus magnificiebat: q̄ aliquando quæ canis sunt
se induit. Non enim habitus canem: sed canis habitū fa/
cit: q̄ certe Vlyxes nō erat: qui uincebatur semp somno:
vincebatur cibo: laudauit uitam uoluptuosam: nil facie
bat absq; deo atq; fortūa petebat omnes etiam infimos:
accipiebat quæq; ei quispiam largiebatur. Sed dic Dio/
genem qui non semel sed tota uita sua habitum Cynicū
gestauit qui labore uoluptatem superauit qui nec quidā
infimos petebat: qui sua necessaria proiiciebat: qui a se
ipso omnia contemnebat: qui nunquam ambitiosus:
sed modestus fuit. qui rationi potius quā fraudi & uiri/
bus corporis credebat: qui non ad mortem obiendam:
sed ad uirtutem exercendam sese fortissimū prebuit. Et
eueniet tibi ut non Vlyxem sed magnū Diogenem imi/
teris: qui & quum uiueret: homines ex uitio ad uirtutē
pducebat: & quū mortu⁹ sit: ob eas quas reliquit ratōes

Crates Macrodi foelicitatem?

Quum a nobis discessisses : in palestram iuuentu
descendi ut unctus currebam. Quumq; iuuenes
me inspexissent ridebant. At ego ne tam repente certa-
men desinerem illis inspicientibus meipsum puocabam:
Crates inquit labora pro capite: pro auribus & pedi-
bus: qui quum hoc audissent amplius non ridentes: sed
& ipsi quoq; sese aptantes currere ceperunt Quãobrem
non ut prius ægrotabant. Mihi autem qui causa eorum
sanitati fui : maximã gratiam habebant : neq; dimitte-
bant: sed quocũq; ieram me sequebantur : audientes &
mirantes : quæ dicerem: quæq; facerem. Hæc ad te scri-
bere uolui: ut & tu non solus curras : sed eo in loco ubi
iuuenes morã trahere solent quos nobis curare necesse
est: opus namq; celerius q̃ sermo tolerantiam docet qd̃
in sola Diogenis philosophia inueniri potest.

Crates Emnopolo
S P D

Habitus Diogenis ignominiosus esse uidetur:
sed tutus securusq; est : & qui eo utitur : magis
fidus habetur q̃ illi qui eo induebantur: qui Carthaginẽ
custodiebãt. Simplex uita: sed lōge sanior persica: durus
uiuendi modus sed liberior Sardanapali. Quãobrem qm̃
melius Carthaginensium habitur qd̃ tutũ est præfert. &

bona ualetudo longæ uitæ atq; aspera consuetudo igno-
minioso: quæ nō alia sed sola cynica philosophia docet:
quare aliorum præceptis philosophari & non Diogenis
qui breuem uiam ad fœlicitatem inuenit: stultū esse ex-
istimo.

Crates diuitibus Salutes P. D.

Laqueo colla uobis frangite Cum enī lupinos &
ficus & aquā & mediocres togas habeatis nauiga-
tis: complures agros colitis: cæteraq; generis eiusdem
facitis. At nos omnē quietem agimus: liberi omni uitio
a Sinopeo Diogene redditi: nil quidem tenentes & oīa
cōplectentes. Sed uos cum omnia habeatis ambitione
inani gloria & timore: nil profecto possidetis.

Crates Thessalonicensibus fœlicitatem

On sunt homīes equorū gratia facti: sed equi ppt̄
homīes: Quare conamini uestri potius q̄ equorū
curam habere nā digniores uobis equos habeatis.

Crates Atheniensibus S. P. D.

Diogenes canis aiebat: omnia esse dei: & amicorū
cōmunia: itaq; cuncta esse sua. Quod si quis ali-
quid horum uiolauerit: non græcorū & troianorū sed
socius humanæ uitæ fœdera perturbaret. Quēadmodū
hac ratione persuasi: nō ægreferatis: quū studiosi uestri
bolū petunt non enim uestra sed eorū redditis.

Crates Hypparchiæ coniugi suæ S P D

Vlieres viris inferiores natæ sunt . sed Amazones
ob ea quæ gesserunt in nullo uiris inferiores fuere:
quare si earum memieris eas imitare debes. Nō enim nobis
psuadebis: quod eas sequeris: quousque delicate uiuas. Tur/
pe est enim his deliciis: merum: cynice uelle uiuere: & cum
plus olim cum tuo coniuge diuitiis triumphaueris: nunc
te poenitere: & e medio itinere reuerti.

Crates Hipparchiæ coniugi S P D

Demisi tibi togam quam a te textam mihi miseram
cum tolerantibus homines eiusmodi toga indui pgi
beantur. Et ut te ab eiusmodi opere cohibeam in quo quam
plurimum elaborasti: ut te studiosam coniugis tui multis
ostendas. Ego autem si ob eam causam te in uxorem dux/
issem bene quidem faceres si in huiusmodi rebus te ostē
tares: sed si propter phiam quam & ipsa appetiisti huiusce/
modi res omittas velim. Et illa coneris facere: quæ ma/
gis humanæ uitæ possunt proficere. Hæc namque & apud
me: & apud Diogenem didicisti.

Crates Hipparchiæ coniugi S. P. D.

Sapientia dux animi est res optima: & maximum
hominibus bonum. Quære igitur quo pacto eam
assequi possis. Assequeris enim uitam quam obrem quære uiros sa/
pientes: & si in ultimos orbis terrarum fines debeas proficisci

C

Crates Hypparchiæ coniugi suæ S P D
Intellexi te peperisse & facile : at tu quidē nihil ad
nos scripsisti. Grates deo: & tibi. Credis igitur ne
nūc: q̄ laborare quieri causam dederit? Nō enī ita facile
peperisses si quū grauida non laborasses: ut hi facere so-
lēt: qui certamē inire statuerūt. Sed cōplures mulieres:
quū grauidæ sunt delicatissime viuūt : cū aut parturie-
rint quibus contingat si modo contingere possit saluas
euadere ægrotē deinceps permanent.

Crates Hipparchiæ coniugi S. P. D.
Infans natus est: sed si ostendas cuius nam gratia
nobis euenerit : habebis curā huius catuli nostri:
habere curā est: si eū tibi digne educaueris. Sit igitur ei
balneū aqua frigida: fascia: tribo: cibus: quātum sufficit
lactis: & nō ad saturitatē: cunabulū: testudinis concha :
ip̄am enī ad morbos pueriles utilē esse p̄cepimus. Quū
aut loquēdi seu ambulādi t̄pus adierit: ornatū non ense:
quēadmodū Aethra Theseū ornauit: sed baculo & tri-
bone: & p̄ra: quæ magis possunt homīes tueri q̄ enses:
mitte Athenas. In cæteris aut nobis curæ erit ut eū pe-
largū p̄ cane tibi in senectute remittamus.

Crates Matrodi felicitatem.
Magno certe mœrore affectus sum: quū audissem
Diogenē in latrones incidisse. Et nisi quidā ex his

qui cum illo capti sunt liberatus Athenas aduentassent:
adhuc eodem merore tenerer. Sed quū uenisset ad me
illam animi ægritudinem amouit. Narrauit enim mihi
quemadmodum æquo animo calamitatem tulerit. Et
quū latrones contēnerent: quo nā pacto Diogenes eos
allocutus fuerit. Nōne sues (inquit) ad uendendū duce/
retis: & cura uobis alendi esset: ut quum uenderentur:
plus argenti afferrent? At nos: quos eque atq; sues uen/
dituri estis: contēnitis? An non putatis: & nos plus ar/
genti uobis posse afferre: si pingues uideamur: minus
aut si macri? Nam & si hoies nō eduntur eos tamen alere
uos oportet. Verū enim uero omnes: qui pecora emunt:
hoc unum præcipue uident: si magnū: si pingue corpus
habeant. Sic & homies ob corpus: & non ob animam
emunt. His rationibus latrones persuasi: & nos quoq;
nutrire ceperunt: ob quā causam Diogeni gratiā habe/
mus. Sed quū in quandam urbem peruenissemus: ubi
facile uenundari poteramus: in forum adducti sumus.
Nos autem stantes lachrymabamus. Diogenes panem
accipiens comedebat: ac nobis porrigebat: quem dum
nos accipere renueremus nonne: inquit ille: desinetis
conqueri & flere: q; serui futuri sitis: ac si natura liberi: q;
a latronibus capti essetis: & non serui prauissimorum
dominorum? At nunc quidem obtinebitis forte do/

C ii

minos moderatos : qui uos deliciis : quibus iam corrupti
fuiſtis : liberabunt & facient ut abſtinentiam & tollerantiam
addiſcatis præcioſiſſima bona. Quæ quum emp/
tores audirent uehementer admirabantur q̄ tam æquo
animo captiuitatem ferret. Quumq; nonnulli ex eis quid
nam ſciret percunctati eſſent ſcio enim inquit homini/
bus dominari : quare ſi quis ueſtrum domino indigeat
accedat ad eos qui nos uendunt : & præcio cum eis con
ueniat. At illi deridentes : quis eſt aiunt liber cui dño
opus ſit? Omnes inquit prauis : & qui uoluptatem quæ
omniũ malorũ cauſa eſt : ſequuntur & labores fugiunt. Ob
quã quidẽ cauſam : magni apud latrones præcii Dioge/
nes fuit : neq; eũ uendiderunt : ſed domũ pduxerunt : polli/
cebatur ei ſi quid eorũ quæ quũ uenderetur dicebat : eis
uellet oſtendere : illũ ſe dimiſſuros. Quia ppter nec ipſe :
quũ domũ rediſſem operã dedi ut redimeretur : nec ad
te : ut idem curares : ſcribere uolui. Sis igitur & tu animo
læto : q̄ quũ captus a latronibus ſis uiuis. Et quæ a mul
tis nõ credebatur uera eſſe uidentur.

Crateſ Aperi foelicitatem

Breuis & conducibilis medicina ad omnẽ angu/
ſtiã eſt : æquo animo ferre : quæ neceſſitate fiunt :
quẽadmodũ oraculo a maioribus noſtris accepimus :
qui enĩ ea quæ fieri nõ poſſunt deſiderat aduerſam for/
tunã

runam paciatur necesse est. Sed importunus fortæ: atq;
philosophiæ studiis nimis deditus tibi uideor de qua re
nihil dicendū censeo. Quare si tibi uisum fuerit meam
causam præmitte: & maiores nostros cōsiderato. Ego
enim ut cōiectura per me intelligere possim: tunc mœ/
rore afficimur quādo sine angustia uiuere uolumus qd
nullo pacto fieri potest: cū corpore enī cūq; hominibus
uiuamus necesse est. Ex qbus pfecto cōplures angustie
pificiscuntur. Siquis igitur cū prudentia inter hos con/
uersatur: is sine tristitia: sine p̄turbatione uiuit: beatusq;
rite haberi potest. Sin aut hæc ignorauit. semp erit inani
spectatione suspensus: & cōtinuo appetitu oppressus.
Quāobrem si multorū tibi placet uita: consule illos qui
sunt in eiusmodi rebus expti. Sin aut Socratis & Dioge/
nis: quæ tragœdiarū sunt: alios omittēs eos p uirib⁹ imi/
tare. Crates Horioni. S P D.

Ager nec uirtuosus nec prauos homies facit: sed
bonorū malorūq; societas: quare si uis bonos & nō
malos liberos tuos fieri: nō in agrū eos sed ad philoso/
phos mitte: ut quū ipsi ad eos p̄ficiscant quæ bona sunt
doceāt. Virtutē enī exercitatōe: nō tm̄ natura cōsequimur

Socrates Platoni. S P D

Mouebamus nos melius forte: si fuga salui euade
remus. Adco maximi uitā esse arbitrantur ut nos

C iij

modo uiueremus: magis uiuere uellent. Deinde quum
me ligatū aspicerēt: ægre ferebāt: ac si culpa nostra ligati
essemus: & nō eorū iniuria qui nos ligauerūt. Præclari⁹
quidem est nos alienis flagitiis mori quam nostris sal
uos euadere.

HERACLITI PHILOSOPHI AD VITAM HUMANĀ

Quā viā quisq; eligeret ī hac vita In foro litigia: &
molesta negotia. In domibus curæ. In agris uero
satis laboris. In mari timor. In externa terra si quid pos
sides timor. Si aut æges molestum. Coniugatus es non
absq; cura eris. Nō cōiugatus uiues magis solitarie Li
beros habes metus: cæcitas est uita sine liberis Iuuentu
tes temerariæ Canicies aut debiles. Alterutrū eligendū
est: uel nunq̄ nasci uel cito extinguī. Omnia risus.

DEMOCRITI PHILOSOPHI CONTRARIUM

Viusmodi sit mihi uiuendi uia. In foro quidē glo
ria & prudētes actiones. In domib⁹ quies. In agris uero
amenitas. In mari lucrū. In hospitali terra si quid possi
deas gloria. Sin æges solus es. Coniugatus es optima
domus. Eris non cōiugatus uiues sine dolore. Liberos
habes lumen. Vita enī sine liberis stulta est. Iuuentutes
fortes. Canities rursus pie. Vtrūq; igitur eligendū est &
nunq̄ extingui. Omnia igitur in uita bona.

Telos

Impressum Wittenburgii per Ioannem
Cronenberg. Anno. 1508.

Handwritten mark

Handwritten text, possibly bleed-through from the reverse side


Handwritten numbers: 111, 112, 113


Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side



Ce 3615

X2203050





*Diogenes
Triflorus
Diametra qui
in aliqua arte
egrellus magis
sacra dignitate
significat*

DIOGENIS CYNICI SECTA PER
Bartholomeum Colonensem.
INSIGNIA DIOGENIS CYNICI.
BREVIORES EPISTOLE DIOGENIS
CRATETIS PHILOSOPHI CYNICI
epistolæ



*si promissa fa-
ciat sapientem
barba, qd oblat
Barbanus
pobis qui capite
est Plato.*

Pallia non Cynicum faciunt: atriq; cuculli:
Non baculus curuus: pera nec ipsa facie:
Ast animus recti semper seruator: & aequi:
Et qui fortunæ spernere dona potest.

Copiar 9 8

*G. H. gem.
(Vergl. d. X. 12. 2272.)*

